

Quençanfu que est capud regni Quençanfu quod antiquitus fuit nobile regnum magnum & potens & in eo fuerunt iam multi reges ualentes & probi ibi habent de omnibus humano corpori opportunis gentes ipsius adorant ydola aliqui sunt *adorant ydola sunt xristiani turchi nestorini & saraceni*

**Q**uando uero ab isto palatio mangalay disceditur itur tribus dietis per *saraceni* ponentem per multas pulcras planicies inueniendo semper multas ciuitates & castra in quibus sunt multi homines de mercimonijs uiuentes & artibus & habent syricum ut supra & sunt ciuitates per montes & uales & castra gentes uero ydolla adorant sunt & ibi aliqui turchi xpistiani nestoridem sectantes & *adorat ydola* aliqui saraceni viuunt de laboribus terre utilitatibus nemorum & uenationibus/

**C**um uero equitatum est xx dietis superius nominatis per montes & uales inuenitur quedam prouincia nomine acbaluch mançi que est tota plana. In ea sunt multe ciuitates & castra & prouincia inuenitur uersus ponentem eundo gentes viuunt de mercimonijs & artibus in ista prouincia oritur çinçiber in magna quantitate quod portatur per totam prouinciam cathay habent frumentum risum & alias segetes habundanter & pro bono foro & itur bene xx dietis per ponentem inueniendo multas ciuitates & castra. homines uero adorant ydolla & *adorant ydola* de fructibus terre eorum viuunt & de uenationibus siluestrium ibi sunt multi leones. vrsi lince dayni caprioli & cerui & sunt ibi bestie in magna quantitate que muscatum producant//—

**Q**uando uero itum est xx dietis per montes quemadmodum audiistis inuenitur *.cix.* quedam planicies & prouincia que est in confinibus mançi nomine sindinfu. & magistra ciuitas nominatur etiam syndinfu. que est valde nobilis & magna. & iam fuerunt in ea multi reges diuites & potentes. ciuitas girat per circuitum miliaria .xx. set nunc diuisa est rex quidem istius prouincie cum decessit/ filios tres reliquit & ante eius decessum in tres partes ciuitatem diuisit quarum partium quelibet est sedata per muros & tamen quelibet est intra generalem murum integram ciuitatem cingentem. omnes uero isti tres fratres reges fuerunt & habebat quilibet in parte sua teras multas & magnas & multum thesaurum quia pater eorum fuerat ualde potens & diues & magnus can cepit istud regnum & destruxit istos reges tres retinens regnum per se. per istam quoque ciuitatem quam plura magna flumina discurant de montibus a longe descendencia & circuunt ciuitatem per girum & per medium in quam pluribus partibus flumina ista larga sunt aliqua per dimidium miliare/ aliqua per ducentos passus aliqua per centum quinquaginta & plus & minus & sunt ualde profunda. super ista flumina sunt quam plures pontes constructi de lapidibus ualde pulcri & magni latitudo quorum est octo pasuum longitudo uero secundum quod flumina ampla sunt & plus & minus per longitudinem itaque pontium ab utraque parte sunt pulcre